



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ

Foullon, Jean E.

Leodii, 1657

II. Periclitatur in tempestate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54992)

spes sumus, sive in adversis: cogitandum-
que, à paterno ipsius affectu & hæc, &
illa ad utilitatem nostram proficisci. Sed
quia spes læto tempore facilis est, tristi
difficilis, de ista nunc tantummodò age-
mus, alibi de alia.

II. *Periclitat-
ur in tem-
pestate.* Apud Marcum cap. 6. Apосто-
li tempestate jactati vident
Christum ambulante[m] super
aquas, & rati phantasma esse, præ timore
exclamant. Itane verò, tam probè co-
gnitum, & familiarem vobis Dominum
pro phantasmate haberi? Nescitis morti
imperasse? Non interfuistis modò miran-
dis panum multiplicatorum epulis? Qui
naturæ & morti imperârit, imperare flu-
ctibus non possit? Sed nox erat, & tem-
pestatas: inde turbato & obtenebrato judi-
cio, Christus phantasmatis instar visus
est. Eundem in modum Christianis
sæpissimè accidit. Vident Christum, &
agnoscunt, quamdiu tempestatas non est.
At postquam tenebræ sese intendere, &
procellis quassa est navicula, tunc simul
fiducia concutitur: nigra phantasmata,
deje-

dējectio animi, desperatio meliorum, alixque tenebrofæ cogitationes mergunt iudicium, & voluntati naufragium minantur. Quid autem timidi estis modicæ fidei homines? Quia externa rerum facies mutavit, Deum simul mutasse arbitramini? Nescitis, procelloso cælo pariter ac sereno, Deum esse semper suorum patrem, semper bonum? Amovendæ igitur diffidentix omni inter quanta sibi miserias, Christiana mens, peccati gravis sibi non conscia, hæc solum perpendat certissimæ veritatis argumenta: Deus pater est, ergo non castigat nisi ad bonum filii: Deus pater est, ergo non recusabit, quod rogabitur, si est ad bonum filii.

III. *Paterna castigatio.* Perpendi illud volebat Augustinus in Psalmum 54. *Gaudes? Agnosce patrem blandientem. Tribularis? Agnosce emendantem. Sive blanditur, sive emendat, eum erudit cui parat hereditatem.* Absit ut illum carnificis instar habeas, cui solum officium est, reos torquere: aut malis nostris ipsum gaudere